Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



126

Ideo dicitur spes bona. quia scriptum est: Speramus autem in domino. ñ
deficient omni bono. Dicitur & spes mũę. quia speramus in domino miseri
cordia circumdabit. Dicitur & aperto. Spes una. quia unam nobis promittit
eternam. Ham secundum qualitatem suę donationis & additamenta accipit
nominis. Potest autem multo clarius & excellentius hoc in loco spes bona in
gratia. ipse qui cum patre & spiritu sancto solus est bonus. accipi dominus
ihesus xpistus. de quo psalmista canit: Spes mea dominus annuentium mea.
Metuendum valde est. ut neq; per spem uenię quam promittit deus per
seueranter peccemus. neq; quia uiste peccata distringit. deuenia desperemus.
sed utrq; periculo euitato & amalo declinemus. & depietate dei uenia non
despem. Ut sine intermissione oretur. .L III.

SINE INTERMISSIONE ENIM ORARE DUOBUS
modis michi uidetur fieri posse. siue cordis intentione: seu opere
misericordie. Cordis enim intentione orat. qui desiderio superne
contemplationis afflatus amore conditoris sui totus est deditus. Ipsa enim
amoris sui continuato . sine intermissione est oratio. fit & sine inter
missione oratio. quando thesaurus elemosinarum thesauribatur in cęlo. dño
dicente: Thesauribate uobis thesauros in cęlo. Pro thesauribatur enim in cęlo.
siue ille ambulet. sedeat. comedat. bibat. loquatur. dormiat. taceat: semper
thesaurus eius qui in conspectu domini est reconditus. sine intermissione
orat ad dominum. Vnde & ipse dominus ait: Abscondite elemosinam in si
nu pauperis. & ipsa pro uobis orabit ad dominum. Orat & ille ut quida uolunt
sine intermissione. qui qualem se primum exhibet in oratione: talem se post
modum in ea conseruare studet. sicut & de anna legitur: factum orante: quę
in ipso compunctionis affectu quo orauit permansit. usquę dum adepta ē. ad o
mino deo suo quod postolauit. Dicebant de abbate arsenio. quia uespere sabba
to lucescente dominica. relinquebat post se solem. & extendebat manus suas ad
celum orans. donec mane die dominico illustraret ascendens sol faciem eius
& sic residebat. Venerunt aliquando ad abbatem lucium monachi quidam.
qui dicebantur cimicen. hoc est orantes. & interrogauit eos senex dicens. Quod
est opus manuum uestrarum? Et dixerunt illi. Hos non contingimus aliqd
opus manuum. sed sicut apostolus dicit. sine intermissione oramus. Et dicit
eis senex. Et non manducatis? Illi autem dixerunt. etiam manducamus.
Et dicit eis. Quando ergo comedistis quis pro uobis orat? Et rerum inter
rogauit eos dicens. Non dormitis? Et illi dixerunt. Dormimus. Dix
senex. Et cum dormitis. quis pro uobis orat? Et non inuenerunt quid